



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Roberti Tvrneri Devonii Oratoris Et Philosophi
Ingolstadiensis Panegyrici Dvo**

Turner, Robert

Ingolstadii, Anno M. DC. IX.

Robertvs Tvrnervs Reverendo Patri, D. Michaeli Lauretano, Societatis Iesv,
Rectori Collegij Germanici S. P. D. XIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69598](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69598)

vt planè putem hanc mentē esse non haustam ex carne, sed instillatam è caelo. quare si eum incitetis vnus modò literis, facietis planè, quod est dignum & vestra charitate, & illius virtute. nam non vult ingredi tantum iter nulla spe, ne qui in mundo est magnus, hac repulsa fiat nullus. Vale. Ingolstadij.

ROBERTVS TVRNERVS
 REVERENDO PATRI, D. MICHAELI
 Lauretano, Societatis IESV, Rectori
 Collegij Germanici
 S. P. D.

XIV.

V Iuo Ingolstadij, feliciter, quia apud humanos; miserè, quia in hypocaustis. nam ita calent, vt mirer Dyonisium Carthusianum, hominem Germanum, purgatricem flammam non expressisse in illis. tam affabrè id potuit, vt præ hū illud Patritij purgatorium, quod inumbravit, mihi planè videatur calore temperatè suffusum, sed in hac hypocaustorum leuicula miseria, illa me persundunt voluptate, Academia docta, gens Catholica, nobilis humanus, Patres amici. Dux penè Deus, vt hæc omnia absint, vnū tamen esset, quod me bearet. quodnam hoc? Lindmairus, cuius virtus tam est constans, vt quicquid fuit in Collegio Angeli, id putem in illius pectus commigrasse,

x f ita

ita loquitur, ita incedit, ita orat, vt nec loqui parciat,
 nec incedere modestius, nec orare ardentius possit; si
 semper haberet in oculis eorum, quos in Collegio reue-
 rebatur pios, verebatur iudices. quid? omnia sua ita
 exigit ad normam, vt si hoc sit natura, nesciam plane,
 quid sit gratia. ac ne putes hanc orationem esse ina-
 niter fusam, illius virtus, mea felicitas est. nam apud
 me diuersatur, idq; ea libertate, vt incitet facto, mo-
 neat etiam nonnunquam verbo. reliquæ meæ res sunt
 nec infra infima, nec supra mediocria, id est, felix ho-
 mo sum, si spectes corpus. sed cum summa mihi non
 sit in corpore, desidero illius felicitatis partem longe
 maximam, qua fruebar in Collegio. querin' quam
 ita sto, vt non sit, qui confirmet; ita cado, vt non sit,
 qui erigat. aridus apud vos fui? hinc stipes sum. apud
 vos fui tepidus? hinc sum ipsum frigus. deniq; illa est o-
 rationis summa, me periculosius hinc stare, quam in
 Collegio cecidisse. non est cui ogganniam, praefectus
 est, cum quo pugnem, TURNERVS, hostis eo peri-
 culosior, quod inclusus in pectore furit vehementius,
 cedit difficilius. ineptus sum, qui tuas cogitationes se-
 rias intercidam. quanquam si quid titubatum sit,
 faba cudatur in Scharbum, qui extorsit ab inuito, &
 occupatissimo, hæc vt scriberem. non recipit excusa-
 tionem, vult literas, etiam punctulo scriptas. obiurga
 hominem, quod sit molestus de re nulla. quanquam
 ama potius illum, qui tam sincerè te ama, vt sui a-
 moris has etiam literas velit esse testes. vt eum amu
 arda-

ardentiùs, addo esse dignum omni omnium amore, qui Romam praefert Germania, Collegium vxori, te patri. noui quid dico, cui dico, ideoque dico vno verbo omnia; ama. Vale. Ingolstadij.

ROBERTVS TURNERVS
PETRO N. S. P. D.

XV.

Negligentia nõ fuit, contemptio fuit, quòd prioribus tuis literis nõ responderam. nam ita erant vel petulantia & stultae loquentiae inusta notæ, vel superbia & vanitatis insperse lituris, vt statuerim planè ineptum hoc genus potiùs contemnere tacendo, quàm scribendo refellere. nostin? non est mei otij, litteram alere lite, aut si mei otij esset, frontis non esset. adde superbiorem me esse, quàm vt velim pati riuales in palaestra hac magistros illos ineptè putidos, quorum nec maledicentia olet Diogenè, nec dictio Ciceronem, quod si quam cuperem ausupari laudem in hoc puluere, Bezas elicerè & Dan eos, his politulis literis tinctos, Bertramos contemnerem, homulos illos ex face Latinorũ, qui quicquid rixantur, tam rixantur putidè, vt in summo padore vix teneam vomitũ. quare posthac indulge meo stomacho planè delicatulo, aut expecta tuis sordibus solitam medicinam, silentium, non perdo tempus in refellendis conuitiis eorum praesertim